



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De dissidentibus episcopis. Ixii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

fiasticis suo sensu, sed eorum autoritate ducatur. In exponendis, etiam, vel prædicandis, diuinis scripturis, sanctorum catholicorum patrū, & probatissimorum sensum quisque sequatur in quorum scripturis, vt beatus dicit Hieronymus, fidei veritas non vacillet.

*De dissidentibus episcopis. Cap. LXII.*

**D**ISSIDENTES episcopos, si non timor Dei, synodus reconciliet. *Ex cōcil. Carthagi. ca. 25.*

*De inflatione metropolitanorum & fastu, & de episcopis ac reliquis clericis, qui leduntur à metropolitano. Cap. LXIII.*

**S**I autem aliquis metropolitanorum inflatus fuerit, & sine omnium comprouincialium præsentia, vel consilio episcoporum alias causas agere, nisi eas tantum quæ ad propriam suam pertinent parochiam, aut eos grauare voluerit, ab omnibus districtè corrigatur, ne talia præsumere audeat. Si verò incorrigibilis, ei que inobediens apparuerit, ad hanc apostolicam sedem cui omnia episcoporum iudicia terminare præcepta sunt, eius contumacia referatur, vt vindicta de eo fiat, & cæteri timorē habeant. Si autem propter nimiam longinquitatem, aut temporis incommoditatem, vel itineris asperitatem, graue ad hanc sedem eius causam deferre fuerit, tūc ad eius primatem eius causa deferatur, & penes ipsum huius sanctæ sedis autoritate iudicetur. Similiter si aliquis episcoporum metropolitanū suspectum habuerit, apud primatem dioceseos, aut apud hanc apostolicam sedem audiatur.

*Vt plebes alienas alius episcopus non vsurpet. Cap. LXIII.*

**P**Lacuit vt à nullo episcopo vsurpentur plebes alienæ, nec aliquis episcoporum supergrediatur, in diocesi collegam suam. *Ex cōcil. Carthaginēsi, ca. 19.*

*Vt nullus metropolitanus absque omnium comprouincialium episcoporum præsentia aliquorum audiat causas. Cap. LXV.*

**C**Æterum, fratres, saluo in omnibus Romanæ ecclesiæ priuilegio, nullus metropolitanus absque cæterorum omnium comprouincialium episcoporum instantia, *Ex epist. Iginij pæ cun-*